

Prologus

Hud hebreos liber iudith inter agiographa legitur: cuius autoritas ad roboranda illa que contentionem veniunt minus idonea iudicatur. Chaldeo tamen sermone conscribitur inter historias computat. Sed quia hunc librum synodus nicena in numero sanctarum scripturarum legitur computasse acquievi postulationi vte imo exactio ni et sepositis occupationibus quibus vehementer artabar huic vnam lucubrariunculam dedi: magis sensum e sensu que ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitiosissimam amputavi: sola ea que intelligentia integra in verbis chaldeis inuenire potui latinis expressi. Accipite iudith viduam castitatis exemplum et triumphali laude perpetuis eam preconis declarate. Hanc enim non solum feminis sed et viris imitabilem dedit: qui castitatis eius remunerator virtutem ei talem tribuit ut in vicium omnibus hominibus vinceret insuperabilem superet.

Explicit prologus. Incipit liber Iudith. Capitulum I

Nabuchodonosor rex medorum subiugauerat multas gentes imperio suo et ipse edificauit civitatem potentissimam quam appellauit egbatanis. Et lapidibus quadratis et sectis fecit muros eius: in altitudine cubitorum septuaginta et in latitudine cubitorum triginta: turres vero eius posuit in altitudine cubitorum centum. Per quadratum vero erat latus vtriusque vicenorum pedum spatio ten

debat: posuitque portas eius in altitudine turrium. Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui et gloria quadrigarum suarum. Anno igitur duodecimo regni sui nabuchodonosor rex assyriorum qui regnabat in ninive civitate magna pugnavit contra arphaxat et obtinuit eum in campo magno qui appellatur ragau circa eufraten et tigrim et iadalon in campo erioch regis elicozum. Tunc exaltatum est regnum nabuchodonosor et cor eius eleuatum est. Et misit ad omnes qui habitabant in cilitia et damasco et libano et ad gentes que sunt in carmelo et cedar et inhabitantes galileam: in campo magno esdrelon et ad omnes qui erant in samaria et trans flumen iordanem usque iherusalem et omnem terram iesse quousque perveniat ad montes ethiopiae. Ad hos omnes misit nuncios nabuchodonosor rex assyriorum: qui omnes uno animo contradixerunt et remiserunt eos vacuos ac sine honore abiecerunt. Tunc indignatus nabuchodonosor rex ad omnem terram illam: intravit per thronum et regnum suum quod defenderet se de omnibus regionibus his.

Anno tertio decimo nabuchodonosor regis vicesima et secunda die mensis primi factum est verbum in domo nabuchodonosor regis assyriorum: ut defenderet se. Vocavitque omnes maiores natu omnesque duces bellatores suos et habuit cum eis mysterium consilii sui. Dixitque cogitationem suam in eo esse: ut omnem terram suo subiugaret imperio. Quod dictum cum placuisset omnibus: vocavit nabuchodonosor rex holofernem principem militie sue et dixit ei: Egredere adversum omne regnum occidentis et contra eos precipue qui contempserunt imperium meum. Non parceret oculus tuus ulli